Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



190

ipsum: Fili: recordare quia recepisti bona in vita
tua: et lazarus similiter mala. Nunc autem hic con
solatur: tu vero cruciaris. Et ipsis omnibus
inter nos et vos chaos magnum firmatum est: ut
hi qui volunt hinc transire ad nos non possint:
neque inde huc transmeare. Et ait. Rogo ergo te
pater: ut mittas eum in domum patris mei: habeo
enim quinque fratres: ut testetur illis ne et ipsi veni
ant in locum hunc tormentorum. Et ait illi abraham.
Habent moysen et prophetas: audiant illos. At
ille dixit. Non pater abraham: sed si quis ex mor
tuis iverit ad eos penitentiam agent. Ait autem
ei. Si moysen et prophetas non audiunt: neque si quis
ex mortuis resurrexerit credent. Off. Intende
voci orationis meae rex meus et deus meus quoniam ad te ora
bo domine. Sec. Ecclesiae tuae domine munera placatus
assume quae et munera offerenda tribuisti: et in
nostre salutis potenter efficias transire mysterium.
Prefatio. Narrabo omnia mirabilia tua letabor et exul
tabo in te psallam nomini tuo altissime. Compl. Cantis
domine repleti muneribus praesta: ut et salutaria donis capiamus et a tua nunquam laude
cessemus. Prefatio. Ad colossenses.
Fres. Mortificate membra vestra quae
sunt super terram: fornicationem immun
diciam: libidinem concupiscentiam malam: et
avaritiam quae est simulacrorum servitus. Propter
quae venit ira dei in filios incredulitatis in
quibus et vos ambulastis aliquando cum
viveretis in illis. Nunc autem deponite et
vos omnia. iram: indignationem: malitiam